



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

**Sacerdotale Ad consuetudinem S. Romanæ Ecclesiæ  
aliarumque ecclesiarum ex Apostolic[a]e bibliothec[a]e ac  
Sanctorum Patrum iurium sanctionibus, &  
ecclesiasticorum doctorum scriptis ...**

**Venetiis, 1579**

Benedictio fructus arborum. c. 44

**urn:nbn:de:hbz:466:1-40307**

**O** Deus, qui huius arboris plantam tua uisitatione ⁊ prouidentia protectas esse uoluisti, nunc etiam ut eandem benediceret ⁊ sanctificaret digneris, precamur: ut quicumque ex fructu eius sumpserint, sani, ⁊ incolumes esse ualeant. Per Christum dominum nostrum. *R. Amen. Aspergatur aqua benedicta.*

*C De benedictione fructus arborum. Cap. 44.*

*A*diutorium nostrum. Domine exaudi. Dominus uobiscum. *Oremus. Oratio.*  
**B**ene ⁊ dic domine hunc nouum fructum arborum, ⁊ presta: ut qui ex eo in tuo nomine uescantur, corporis ⁊ anime sanitatem potiantur. Per dominum. *R. Amen. Aspergantur aqua benedicta.*

*C De benedictione nouorum pomorum. Cap. 45.*

*A*diutorium nostrum. Domine exaudi. Dominus uobiscum. *Oremus. Oratio.*  
**T**e deprecamur ope eterne deus, ut benedicas hunc fructum nouum pomorum: ⁊ quod per esum interdictae arboris, letali in propterea funere multati sumus, tu propitius postulationibus nostris placatus intende, ⁊ per uirtutem tuam, ⁊ dilectissimi filii tui Domini nostri Iesu Christi, ⁊ Spiritus sancti hos fructus tua benedictione sanctificas atque tua dignatione purificas: ut expulsa uetusti hominis ac primi facinorosi incertoris prauitate, salubriter ex hac die de uniuersis terrae edendis germinibus ad tui laudem cum alacritate ⁊ sospitate sumamus. Per Christum. *R. Amen. Aspergat aqua benedicta.*

*C De benedictione uinea. Cap. 46.*

*A*diutorium nostrum. Domine exaudi. Dominus uobiscum. *Oremus. Oratio.*  
**O** Deus, qui uineam tuam ex Aegypto eductam mirabiliter plantasti, precibus nostras benignus exaudi: ut in hac uinea famulorum tuorum benedictio celestis copiosa descendat: ⁊ quod in ea ad usum humani generis tribuere dignatus es, multiplicet reddendo, ⁊ rorem tuum benedictionis infunde. *R. Amen. Aspergat aqua benedicta.*

*C De benedictione communium super fruges ⁊ uineas. Cap. 47.*

*A*diutorium nostrum. Domine exaudi. Dominus uobiscum. *Oremus. Oratio.*  
**T**e domine sancte, pater ope eterne deus, supplices deprecamur, ut misericordia tua iugiter nobis concedas sufficientem messium copiam, fructuum omnium largitate tribuas: uinearum quoque substantiam abundanter, arborum fetus, prouentusque omnium rerum: atque ab ipsis omnibus pestiferis sydis, tempestatis procellam, ⁊ grandinis fragorem: ⁊ uniuersa mala amouere digneris. Per Christum. *R. Amen. Oremus. Oratio.*